



# **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Dominica Secvnda Post Pascha.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56314)

Beata, inquam, Domine Iesu, nobisq; salutaria, cum nostri eadem causa receperis, amorisque in nos testandi gratia retineas. Sunt utique foramina petrarum, & caeuernae maceriae, in quibus animae nostrae columnarum instar ab incurſu hostili tutae deliteſcant; sunt fontes salutareſ, e quibus aquas gratiae, & misericordiae hauriant; sunt decora ſculpturaeque ſacrae humanitatis tuae: sunt quid etiam, mundi redemptor, paſſionis tuae trophaea, fortitudinis indicia, triumphorum teſtimonia, veraq; amoris & affectus tui erga mortales argumeta. Gratiā igitur nobis, o animarum ſeruator, praesta, ut per eadem, per qua redempti ſumus vulnera, gloriam tandem caelestem obtinere mereamur; ad quam deducere nos digneris, qui cum Patre & Spiritu ſancto uiuis & regnas. Amen.

### DOMINICA SECUNDA POST PASCHA.

Partes.

1. *Quam periculosa ſit multiſ prelatura.*
2. *Quod verus paſtor ſit Chriſtus.*
3. *Veri paſtoris proprietates.*
4. *Dotes paſtoris boni generatiu.*
5. *Eiuſdem dotes quadam ſingularit.*
6. *Paſtoralis regiminiſ partes.*
7. *De mercenario.*

*Ego ſum Paſtor bonus, &c. Ioan. 10.*

### FIGURA.

Num. 16.  
17.

**C**VM grauis hinc inter Dathan, Chore, Abironemque, illinc Moſem atq; Aaronem, quo ad ſummum ſacerdotium, orta eſſet contentio, nolentibus nimirum illis Aaronem ſummo ſacerdotio, & totius populi paſtoratu initiari, ſed eundem ſibi potius ambientibus, Deus controuerſiam hanc prodigioſe terminaturus, virgas 12. principum tribuum filiorum Iſrael, tabernaculo inferri mandauit, & uicuique tribus nomen inferri; cuius porro virga manẽ floruiſſet, illius ex tribu ſummus Sacerdos conſtitue-

retur. Cum igitur die conſtituta virgæ tabernaculo illatae eſſent, ſola Aaronis poſt die ſloruiſſe, frondiſſe, fructumque amygdalinum protuliſſe comperta eſt; quo ſigno declarabat Deus, ſolum hunc præ ceteris ad ſummum ſacerdotium populique ſacram prælaturam delectum. Eadem haud dubie, Auditores; inter Scribas & Phariſeos, & Chriſtum Dominũ uiebat controuerſia & contentio; oſtendere conabantur illi, ſummũ Pontificatum, principatum ac regimen populi apud ſe reperiſſi, ſibi que longi temporis præſcriptione deberi: hic uero ſolum ſe Pontificem & populi caput, reliquis excluſiſ, à Patre eſſe conſtitutum. Qui quoniam ſolus, diuina adiuuante potentia, gratia in conceptione, uita & tempore reſurrectionis floruerat, hodie ab omnibus in uniuerſalem paſtorem, & ſummum & œcumenicum Pontificem recipitur; cum ipſe de ſe aperte teſtetur: *Ego ſum paſtor bonus.* Hoc ipſum Ioan. 10. Euangelii noſtri ſubiectum eſt, quod hodie expoſiturus cathedram conſcendi; Vtinam ad ampliorem Dei gloriam, animarumque noſtrarum emolumentum! Sed quoniam humana genua labant, & ignorantia mihi mea ſum conſcius; ad Spiritum paraclitum, qui linguas infantium ſœcundas reddit, confugiendum; eiſque auxilium, Deiparæ uirginis interceſſionibus, prout conſueuimus, implorandum. Dicamus igitur ingenua procumbentes cum Angelo Gabriele, *Aue Maria.*

Magnum illum Eccleſiæ ornamentum & caput Gregorius, de Episcoporum & Antipapalium dignitate loquens, dicere ſolebat, D. Grego. Prælati poteſtatem non honorem, ſed in de prelati- gens potius onus eſſe, & merito proſecto; tis. inter cætera enim qua reperiſſi in mundo poſſunt, oneroſa & grauiſa ipſa Episcopalis dignitas primũ obtinere locum merito dici poteſt. Quo etiam quam proxime accedentes Concilii Tridentini Patres, vna. Item Cõ- nimi ſuffragio aſſeruere, tam graue Episco- cil. Trid. porum onus eſſe, ut ipſi etiam Angelorum humeri, ſi ipſum imponeretur, ſub mole labacerent, aut ſaltem fatiſcerent: *onus angelicis humeris formidandum*, quod nimirum Cherubim ſuſcipere exhorterent, ſub quo Seraphi-

Seraphinorum humeri curuentur. Ipse etiam Apostolus Paulus, cum futuro Episcopo Timotheo, requisitas in perfecto Episcopo virtutes & dotes perscriberet, inter cetera adiungit, eum qui ad Episcopatum aspirat, onus & labores, & opus in humeros cingere: *Quicumque Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Et quemadmodum ipse onus ingens est & magnum, ita quoque virtus & merita ipsum suscipientium magna sint oportet & varia.

1 Tim. 3.

Antarchim  
Apopb.

Quo optime facit scitum illud Ageilai regis responsum: interrogatus enim, quæ in optimo requirentur Principe virtutes, ait: *Principis est non mollitia delictisue, sed temperantia & fortitudine priuati hominibus antecellere.* Quod sapiens ille & cordatus rex de secularibus Principibus olim; ipse maiori iure de Præsulibus, qui Ecclesiæ Christi Principes sunt, iam dicturus videor: non esse Episcoporum scilicet, inanes mundi delicias consecrari, voluptatibus carnalibus indulgere, sed soli virtutum exercitio, laboribus, sollicitudinibus pro Ecclesiâ incumbere. Ut enim onera grauiora sunt, ita quoque & athlætum Herculeumque ad eadem humerum esse par est.

Ier. 22.

Onus Præ-  
sulū graue.

Hinc Dominus Sobnam, ad magnos apud Ezechiam regem honores euectum depositurus, & summo sacerdotio priuaturus, ut in Blachim domui regis præfectum ipsum transferret, grauem ac ponderosam se ei clauem ait traditurum, quam manibus ferre non posset, ut in humerum eandem sumere necesse futurum sit. *Et dabo clauem domus David super humerum eius.* Quis simile quid unquam aut vidit aut legit? an non clauis domus alienius de zona pendet? sed audite, ingens hic latet mysterium, Dominus quippe per clauem hanc, quam ut pontificiæ dignitatis signum & symbolum dare decreuerat, designare volebat, quæ totas dignitas hæc & honor Episcopalis molestias, labores & onera contineret, ad quæ nimirum subeunda etiam ferrei humeri necessarii videntur.

Idem etiam Propheta Messias venturi functiones & officium recensens utpote qui & præsul, superior & Pastor esset futurus, tam

graue eius onus futurum ait, ut manibus ferendo non sufficientibus, in humeros ipsum relaturus sit: *factus est, inquit, in humeros ipsius per humerum eius.* Quid hoc audio? si nec Messias ipse filius Dei validus ille Athlas; qui utrumque manus claque mundi cardinem sustentat, & portat omnibus sacerdotali clauibus ferendis pares habuerit; quis non sufficientes, obsecro, habebunt homines, vento leuiore, fragiles, imbecilles, infirmi? Hæc, precor, mente & animo voluite Ecclesiastici, qui ad honores & dignitates aspiratis; prælaturæ ambitis, & easdem adepti & animi effrenati directione administratis. Messias, ecce, plumbo grauiore, onerosiore, que iudicauit, quas vos pluma leuiore arbitramini.

Scio verba illa Iob, *sed gigantes gemunt sub aquis*, in varias expositiones detorqueri, & velut nasum cereum omnem propemodum interpretationis formam admittere, adeo ut quænam vero quam proxima sit, difficile sit discernere. Imprimis tamen mihi placet illa Rodulphi Elaiensis Paraphrasis, quæ de Prælatibus eadem exponit: *Gigantes gemunt sub aquis*, id est, inquit, *potentes huius sæculi sub prouidentia & gubernatione temporali dignitatum.* Cuius interpretationi ipse accedens, aio Ecclesiasticas Prælaturas vere aquas, abyssos & voragines esse, sub quibus non idiotæ modo & simplices, sed robustissimi etiam gigantes gemunt & tremunt, id est, in quibus viri etiam omnium virtutum præsidio communiti difficultatem ingentem reperiunt, & sub onere muniorem collabescunt.

Pericles reip. Atheniensis præfectus; quotiescunque senatum aditurus, togam ex magistratus sui præscripto sumeret; ita dignitatem exhorruit, ut saepius his se ipsum verbis compellat: *Atte de tibi Pericles, liberi sunt quos ipse regit, Græci sunt, & Athenienses.* Idem repetant obsecro Episcopi & Antistites, quotiescunque habitum Pontificum assumunt, quoties rochetum induunt, quoties insulam capiti imponunt, quoties pedum in manus capiunt: dignitatis, inquam, in qua constituti sunt, cuius & pericula perpendant; cogitent quoque interdum, quos.

Plut. politica.

quos sub se constitutos habent, animas esse, fideles & Christianas, ac proinde sibi excubandum, quo debita eas ratione regant.

Respexit huc Martialis Poeta vetus, cum amico scriberet.

*Quaris onus magnum, magnum dum quavis honorem.* Idem omnino de Præsulibus nostris dictum est, sciant inquam se, dum honores ambiunt, onera & molestias ambire; dignitates quippe grauisima pericula adferunt, & animæ sæpenuero mortem causantur.

*Lud. 9.*

Rhamnus cum ad dignitatem regiam, & præ cæteris arboribus eminentiam adspiraret, sumptius & altitum arborum interitus causa existit: nam dum ipsam flamma corripuisset, incendio una cum cæteris consumpta fuit. Parabola hæc quidem fuit, designare tamen voluit, minimos quosque & abiectissimos, honores & dignitates Ecclesiasticas ambiendo, ac cæteris præesse gestiendo, sibi & aliis per sæpe perniciem creare.

*Isid. lib. 3. de sum. bono.*

Huc Isidorus Hispalensis etiam respexit cum ait: *Quanto quisq; in superiore constitutus est loco; tanto maiori versatur in periculo.* Hoc si in omni dignitate locum habet, ut reuera habet, quotidiana nimirum experientia id demonstrante, in Ecclesiastica potissimum locum obtinet: quo enim quis in Ecclesia ad maiores dignitates & sublimius honorum culmen euectus est, eo maiori discrimini viuit expositus, maiores ruinæ occasiones perimetescat. necesse est. Quo etiam facit quod in Epistola quadam refert Bernardus: *si tentatio est vita hominis cuiusque super terram, quantis putas, periculis patet vita Pontificis? in quam omnes quæ repertiuntur tentationes collimant? quod & sui ipsius exemplo confirmat: si ego in cauerna latens, & sub modio fumigans, tamen ventos euitare nequeo. & instar arundinis huc illuc agitor, quid persona super montem, super candelabrum posita? perinde ac si dixisset, si ipse qui mundum declino, qui honores detestor, tantis tamen tentationibus concutior, exagitor, & percellor: quomodo concutiendos credam eos, qui dignitatibus inhiant, honorum fastigia adspirant, & Ecclesiasticas Prælaturas consecantur.*

*Epist. 42. Bernardi sentent. cõtra Præsulum ambitionem.*

Ipsæ Pontifex Gregorius ad summum Ecclesiæ apicem, & ad Principem dignitatem sublimatus, cognitis periculis in quibus versabatur, locum hunc Psalmorum *decreuisti eis dum alleuarentur*, de ambitiosis Prælatibus exposuit, quos eo ipso, quo ad honores euehuntur, deprimi & deici credit. Videmus enim plerisque, dum ad summum in Ecclesia culmen extolluntur, & sublime nimis conscendere conantur iugum, magna sui infamia & dedecore, ad imum confusionis barathrum delapsos esse. In quam rem facit illud Poeta,

*— Tokuntur in altum  
Vt casu grauiore tuant.*

Præceptum hoc Domini in Deuter. legitur: *Cum adificabis domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua; id est, ne aliquis è tectis & pinnaculis ad terram corruens, ceruicem frangat; iraque domum sanguine cruentet. Docere siquidem voluit, honorum fastigia, id est, sublimes in Ecclesia gradus, alto & valido virtutum vallo ac pariete cinctos esse debere, ne quod inde discrimen oriatur, nullus sanguis effundatur, animarum nulla sequatur damnatio.*

In primo Regum commentario legitur summus Pontifex Heli de sella retrorsum collapsus, fractis ceruicibus expirasse, quem repentinum & lugubrem casum si allegorice exposuero, à veritate tamen nihilum declinando, dico plurimos è sella pontificia & sedibus Episcopalibus retrorsum excidisse, & fractis animæ ceruicibus, magno sui dedecore, in omnium oculis expirasse.

Hæc hæc tænenus de Pastoribus & Prælatibus: quod in Euangelio hodierno de eisdem plurima habeatur mentio; veri enim pastoris hic dotes describuntur, & se pastorem esse Christus confiteri non erubescit. Singula Ioannes describit, cuius verba sunt: *Ego sum pastor bonus.* Quæ ut pro dignitate exponam, & concionem Catholicam de iis instituum, bifariam eam pro consuetudine diuidam, primo de bonis pastoribus, ac deinde impiis & mercenariis agam; in quo si faciles & attentas aures mihi præbueritis, egregios vobisq; haud dubie gratos conceptus producã.

Præ-

Ante Christi Principio igitur, antequam longius pro-  
 uehar, sciendum, ante Christi in mundum  
 aduentum, genus humanum, velut disper-  
 sum, derelictum, & pastore destitutum, in  
 mundo huius deserto victitasse. Ita quippe  
 ait Michæas Propheta coram Israel rege: *Vi-  
 dicuntur Israel dispersum in montibus, quasi  
 oves non habentes pastorem.* quam rem Moses  
 miseratus olim, a Domino ardentibus preci-  
 bus pastorem contendebar: *Provideat Do-  
 minus Deus spiritum omnia carnis, hominem,  
 qui sit super multitudinem hanc, & possit exire  
 & intrare ante eos, ne sit populus iste sicut oves  
 absque pastore.*

Domini igitur suorum precibus fatiga-  
 tus, & diuturnis postulacionibus lacessitas,  
 fidum se populi pastorem emissurum, per  
 Prophetam pollicetur, qui eundem custo-  
 diat, & ab omni inimicorum incurfu prote-  
 gat & tueatur. *Ego salvabo gregem meum, &  
 non erit ultra in rapinam, & suscitabo super eos  
 pastorem unum qui pascat eas.* In quæ verba  
 commentatus Hieronymus, ait verba hæc  
 de Dauide rege intelligi non posse, qui lon-  
 go ante tempore mortuus erat, at de solo Chri-  
 sto Iesu exponi debere: quomodo & Apo-  
 stolus ad Hebræos exposuit, *Deus pacis qui  
 eduxit de mortuis pastorem magnum ovium in  
 sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum  
 Iesum Christum:* eum ipsum inquam, qui ho-  
 die in Evangelio bonum se pastorem ef-  
 se profitetur, *Ego sum pastor bonus.*

Ipse siquidem est fidelis ille pastor, quem  
 vetus synagoga, sponsæ nomine insignita,  
 tantopere in Canticis videre exoptabat cum  
 diceret, *Indica mihi quem diligit anima mea,  
 ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari in-  
 cipiam post greges sodalium tuorum.* Est ille pa-  
 stor de quo vere ad litteram locutus est Mi-  
 chæas Propheta, *Et suscitabimus super eum  
 pastores & octo primates homines.* Cuius loci  
 Hieronymus interpretem agens, ait, tres  
 SS. Trinitatis personas hic inter se de Chri-  
 sto Iesu, quasi de pastore adeo eximio, loqui,  
 vt in ipso omnes veteres pastores suscitandi  
 sint: inter quos septem præcipui ac prima-  
 tes fuere, Abel, Abraham, Isaac, Iacob, Io-  
 seph, Moyses, David, ac præcipui quique du-  
 ces, id est, Hebræorum iudices, quos inter

o&o cæteris antecessere, vt ait in Michæam Item octo  
 Rupertus, scilicet Iosue, Caleb, Othoniel, duces.  
 Aoth, Baraac, Gedeon, Iephte & Samson:  
 hos autem tum strenuitate, tum æquitate,  
 pastores autem diligentia & vigilantia supe-  
 raturus dicitur Christus. Itaque verum ef-  
 se comprobabitur, quod in Evangelio legi-  
 mus, *Ego sum pastor bonus.*

His ita constitutis tria potissimum in fi-  
 deli & bono pastore requiruntur: primo in-  
 fracta laborum difficultatumque tolerantia  
 & iniuncta in molestiis tolerandis constan-  
 tia. Cura quippe & onus pastorale multis  
 difficultatib. & angustiis expositum est, quod  
 pastor ille fidelis Iacob apud socerum de se  
 testatus est dicens, *die noctuque assidue urebar  
 & gelu, & fugiebat somnus ab oculis meis.* Se-  
 cundo implacabile cum lupis, ferisque rapaci-  
 bus bellum gerat necesse est, ne quod ab iis  
 gregi periculum imminet: vitam quoque  
 suam, si opus est pro ouibus exponat. Ita fe-  
 cisse comperitur David pastor: nam de rebus  
 olim forniciter & strenue gestis, apud Saulem  
 regem gloriatus, hoc se potissimum nomine  
 iactavit, *Pascebat seruus tuus patris sui gregem,  
 & veniebat leo vel ursus, & tollebat arietem  
 de medio gregis & persequer bar eos, & percun-  
 tiebã, eruebamq; de ore eorum.* Tertio ita gre-  
 gem pascat, alit, seruetque necesse est, vt in-  
 dies accrescat & augetur: excubet inquam  
 & omni ratione entatur, grex vt bene habe-  
 at, nullumque morbidum pecus inueniatur,  
 exemplo inquam pastorum illorũ, qui Chri-  
 sto recens in orbe nato, *Erant custodientes vi-  
 gilias noctu super gregem suum.* Tria hæc quæ  
 oprime Christo Iesu omnium pastorum in pri-  
 mo conueniunt, vt merito de se dicere po-  
 tuerit: *Ego sum pastor bonus.*

Fuit enim ipse, de quo olim ænigmatically  
 & parabolice Nathan Propheta coram Da-  
 uide rege locutus est dicens, *Pauper habebat  
 quem unam paruulam quam emerat & nutrie-  
 rat, & creuerat apud illum cum filiis eius: simul  
 de pane illius comedens, & de calice eius bibens,  
 & in sinu illius dormiens, erat que illi sicut fi-  
 lia.* Quis est, obsecro, Theologi pauper hic  
 pastor, non nisi vnicam ouiculam habens nisi  
 si Iesus Christus? qui toties de se olim testa-  
 tus est, *Pauper sum ego, & in laboribus & in*

Ioan. 10.

Tria bono  
pastori ne-  
cessaria.

Gen. 13.

1 Reg. 17.

Luc 2.

Ioan. 10.

2 Reg. 12.

Psal. 87.

Hhhh

uentu-

*uentute mea.* Vnica porro ouis eius fuit natura humana, quam ouis illa centesima denotauit, quam pastor hic, nonaginta nouem in deserto relictis, quæsiturus aduenit? an non eam ipsam sacro Eucharistico pane nutrit & fouet? an ad sanguinis sui fluentia adquaturus eam deducit? an non & in sinu & gremio illius recubat, hypostasi quadam admirabili Verbo diuino vnita? Ipse denique est magnus ille Pan, pastorum Deus & caput: quo eum nomine S. Petrus Apostolus vocitauit dicens, *Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem coronam.* Non quod caput ac summus pastorum fuerit, at quod omnes in hoc munere & cura superauerit: adeo ut solus de se dicere queat, *Ego sum pastor bonus.*

2. Pet. 6.

## III.

*Ioan. 10.*  
Difficile  
bonum alii  
quem pasto-  
rem reperi-  
re.  
*Luc. 12.*  
*Chrysof.*

Boni pasto-  
ris proprie-  
tas.

*Eccles. 13.**Ierem. 9.**Matth. 13.**Isa. 1.*

At dici non potest, quam difficulter bonus aliquis pastor reperiatur: quod Dominus in Euangelio ait. *Quia putas, est fidelis seruus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Quem locum D. Chrysof. interpretatus, adiunxit, Quærit Dominus, non quasi fidelem & prudentem dispensatorem ignorans, sed inuenire volens huius res difficultatem & raritatem.* Cæterum Dominus verbis his necessarias bono pastori conditiones & qualitates insinuat: Primo fidelitatem, quæ tribus potissimum in rebus sita est, ut nimirum pastor ore, corde & operibus fidelis sit, verbis quidem, ut quod ore faciendum iubet, manibus etiam exequatur: secus enim si faxit, homines decipit, neque est sincerus. nam si fucus omnes homines dedecet pastores tamen & Ecclesie præfules quam maxime, viri enim & sinceri, non autem subdoli, veri & duplices in verbis sint, oportet, de quo vitio Ecclesiastes ait, *Deuoratio pessima super bilinguam.* Corde vero ne versipellis & subdolis sit, aliud, sc. loquendo aliud autem cogitando, aut animo concipiendo in quo scorpionem imitari videretur, qui antequam quidem blanditur & ludit, cauda vero ferit & virus spargit. Hos autem Ieremias notare videtur, dum ait, *In ore suo pacem cum amico loquitur, & occulte ponit ei insidias.* Operibus denique, ne hypocrita audiat, qui aliud quidem doccat, aliud vero operibus demonstrat: in

quo dæmonem illum Euangelicum imitatur. Pastor dicitur, qui tritico superfeminavit zizaniam: nullis filiis & eos quos Isaïas descripsit. *Principes tui infideliter omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.* Secunda pastori bono necessaria conditio, est animi humilitas, quæ in verbo *ser. epa dignum* delitefcit. Præsul enim humilis & modestus sit, ut scilicet tanta se dignitate cogitet indignissimum, omniumque se ouium infimum. Omnibus quoque sit affabilis & suavis, sapienti consulenti auscultando, *Rectori Sap. 6. te persuerunt, noli extolli: esto in illis quasi vnum ex ipsa.* Dignitas enim hæc insolentem eum aut iactabundum reddere non debet, at humilem, & humilia confectantem, ne forsitan Deus ad hos te honores prouexerit ita ut castigandorum delictorum occasione habeat. Proponat, inquam, sibi assiduo ob oculos, & in Salomone de iniquis iudicibus & populi præfectis legitur, *iudicium durissimum his qui præsumunt fieri.* Ad quæ verba Ecclesie pastores tremant & consternantur.

Spiritus pietatis Iesum in desertum procul a mundi strepitu, in quo ieiunio quadragesimali sese exercebat, pœnitentiamque faceret, duxit: at princeps tenebrarum Satanæ e desertis eum iterum in mundum reduxit, ac supra pinnaculum templi, vanæ gloriæ stimulis tentatus, constituit. Docemur hic, plurimos à Spiritu S. in religionum desertum agi, ut in illo precibus & pœnitentiæ vacent: sed illos deinde à Satana ad honores & dignitates sustolli; ut quos in humilitatis arena superare nequibat, ad summos dignitatum apices euectos deiciat.

Saul, priusquam in regem electus esset, & Reg. 1. humilis mansuetus benignus & affabilis erat, ut qui maxime: at mox ut ad solium & sceptrum euectus fuit, regnumque cepit: Dignitatem induit, insolens, superbiens, & res prædurus esse cepit, & omnibus grauis. Ad eundem modum plurimis Ecclesie pastoribus & res prædatis contingere videmus; qui antequam ad honorem fastigium promouentur, sapientiæ, modestiæ, pietatis, omniumque virtutum nomine bene apud omnes audiunt: verum quamprimum ut honores adepti sunt, & in oculis omnium versantur, nihil illis haberi potest vitiosius aut scelestius.

Qui

Qui si sibi optime consulum vellent sapiens illud Sapientis consilium sequerentur: *Quanto maior es, tato magis te humilia in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam:* quo honoratior es Prælate, & pluris ab omnibus sis, eo te ipsum humilia magis profundiusque dimitte: abiectione & humilitas sint æquilibria machinæ vanitatum tuarum, ad quorum pondera æqualiter dependeat, atq; ita gratiam coram Deo inuenies, & grauis sima ruina pericula & scopulos effugies: Optimum profecto & laudabile consilium.

Prudentia tertio & sapiens discretio vitam Præsulis mirifice exornant, & ad dignitatem illius plurimum faciunt, & ad dignitatem in verbis, & prudens: qualitates inquam in Episcopo in primis requisitæ: pastorem n. haud dubio prudentem & sapientem esse oportet: ideo Dominus in Euangelio omnibus in genere Præsulibus dixit, *Estote prudentes sicut serpentes.* Absurdum enim foret & præter decorum, eum, qui alios regendos suscepit, & ad dignitatem pastorem euectus est, sui ipsius curam non habere, nec iuxta rationis normam vitam instituere. *L. in Cod. de leg. tur.* In quem etiam sensum loquitur Apostolus, *Si quis domui suæ præesse nescit, Ecclesia Dei quomodo diligentiam habebit?* Hinc scite admodum S. Bernh. huiusmodi superiores, seipsum regere non valentes simia nunquam quiescenti, & omnia destruenti comparat, *Rex fatuus in folio est simia in telto, quæ nihil cõponit vel vnit, sed quod cõpositum est dissoluit & diuidit.* Solebat Salomon rex naues quotannis in Tharsis mittere, quæ inter cætera quibus onustæ redibant, pauones & simias deuehebant. Vt mystice hoc exponam, dico Ecclesiam nauem esse Christi Iesu, qui longe plusquam Salomon: plurimos autem pastorum prælatorumq; eadem vectos esse instar simiarum fatuos & stolidos, pennas tamen pauonum cooperitos, & tyrio ostro nitentes: quorum vt plurimum stoliditas & ineptia in causa est, vt Dei Ecclesia secus ac par est, gubernetur. Atq; vt consilium Roboami cæteri; magistratus, stolidi & iuuenes, rerum inexpertes interitus illius causa fuerit, regnoque extremam attulere perniciem: ita status Ecclesiasticus, quoties a iuueniculis

stolidis & fatuis, nullaq; rerum cognitione pollentibus administratur (nam teste Salomone, *stultitia colligata est in corde pueri*) vt plurimum maximam iacturam facere solet. Verum in legitimi pastoris dotibus enarrandis pergamus.

Quarto ipsa paternitas ad boni pastoris Pastor vt perfectionem pertinet, quam e verbis illis pater erga Euangelistæ eruiamus. *Quem cõstituit Dominus super familiam suam.* Cogitare quippe pater gerere de storiæ par est, vt pater familiæ & domui ita se bet. Ecclesiæ præfectum diligentem illius curam, vt ille domus, habere, animarumq; sibi creditarum commodis prospicere debere: quod si facere negligat, non pater aut pastor, sed tortor & suorum carnifex audiet. Quod ne cui nouum & absurdum videatur, Gregorium Gregor. testem producam, cuius quoties verba perpendo, toties horrore torus percissor & tremo: *Tot, inquit, occidimus, quot ad mortem quod tidie tepide & tacentes ire videmus.* Apud Ezechiel, etiam Dominus comminatur, se, si Pastores quem pastorum negligentia, socordiaq; per negligentia contingat, sanguinem illius de horum matres veritatem requirituram, Episcoporumq; dispendio nimarum eorum perditionem & interitum vlturum. interfecto. Vade manifestum redditur, Pastores negligentes & inertes, veros animarum carnifices tribus de & interemptores esse: quod tripliciter concausis. ringere potest. Primo virulentas & venenatas escas illis in cibum præbendo, id est, tum malo vitæ exemplo eos offendendo, tum etiam falsam doctrinam instillando, prauisq; dogmatibus imbuendo. Secundo necessaria iis alimenta subtrahendo, id est, diuini verbi prædicatione priuando. Tertio, vitæ libertatem concedendo, omnem delinquentibus impunitatem elargiendo, & ad vitia conuiuendo. Idem enim hodie sæpenumero in Episcopatibus videmus contingere, quod olim in regno Israel accidisse sacri cõmentarii perhibent, *In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisq; quod sibi videbatur, hoc faciebat.* At non ita verus & sincerus Ecclesiæ pastor se gerat, sed instar patrisfamilias seduli & suorum amatis, vitam componat. In quam rem egregiam e libris sanctis figuram producam.

In Exodo præcepit Dominus, vt summus  
H h h h 2 Pon-

1. Reg. 3.

Pastor prudens esse debet.

Matt. 10.

1. Tim. 1.

Mali pastores simia colari.

Li. de consider. sider.

1. Reg. 5.

2. Reg. 12.

Prom. 12.

guita-  
prælati-  
incolari  
recidit.

Iud. vi.

*Exod. 13.* Pontifex in medio tabernaculi mensam panibus calidis semper instrueret, *Pone super mensam panes.* Quas exteriori cæremonia denotare voluit, boni pastoris esse oves suas Sacramentorum, verbi divini, aliarumque sanctarum rerum pabulo pascere, & singularem animarum saluandarum rationem habere. Nam, vt bene D. August. ait, decimus & vltimus abusuum & absurditatum mundi huius gradus est, prælaicus & pastor negligens, deq; ouib. nequaquam sollicitus. Christus autem verus pastor existit, qui merito in Euangelio dicere potuit, *Ego sum pastor bonus.*

*Iv.* Tres in sacris libris pastores potissimum Tres in sa- commendantur, meritisque efferruntur lau-  
cibus: primus in lege naturæ, alter in lege  
pastores. Mosaica, tertius in lege gratiæ. In lege na-  
celebrantur. turæ fuit Iacob: quamvis enim Deus circum-  
cisionis præceptum iam Abraham dedit, scripto tamen ipsum non commisit, sed  
*Gen. 31.* oretenus solummodo edixit: scripta siquidem  
*1. Reg. 17.* lex non nisi in Mose incepit, cui eadem in monte digito Dei exarata tradita fuit. Iacob  
autem pastoris diligentia, vigilantia, que, super  
foceri sui gregem diligenter excubantis, & æstum & frigora, aliasque cæli iniurias, tolerantis è libro Geneleos manifeste colligi potest: Alter in lege inquam scripta, fuit  
Dauid, qui in siluis & solitudinibus agens, ouiumque curam habens, lupos præclusis faucibus enecabat, leones prosternebat; vltos suffocabat, vt ita gregem à periculo immunem præstaret, quemadmodum è libris Regū legenti euidenter fiet. Tertius, in lege Euangelica, fuit ipse Dei filius  
Christus, pastorum omnium supremus, qui que solus dicere potuit, *Ego sum pastor bonus.*

*Ioan. 10.* Plurima in bono pastore dotes requiritur: quam multa ei virtutum ornamenta necessaria? Ea scilicet omnia, quæ Apostolus in epist. ad Hebr. in Christo pastore summo fuisse scribit, *Talis debebat, nobis vt esset Pöifex, sanctus, innocens, segregatus à peccatoribus, excelssior cælu factus.* Pastor quippe sanctus sit oportet, innocuus, nemini iniuriam aut contumeliã irrogans, corde puro & immaculata, cöscientiam mundã habens, à peccatori-

bus sequestratus & secretus: (vt pote qui improborum cuitare debet cösortia) super cælos & cælestia eleuatus, id est, contemplatione superiorum procul à terrenis in sublimia euectus. Et profecto quicumq; egregias hæc dotes concionesque non præfert, boni pastoris nomine prorsus indignus est, & mercenarius potius, & stipendiarius dicendus.

Pius ille rex Iosaphat, cum sacerdotes & iudices officii sui commonefaceret, hac apud eos oratione vsus est, *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcumq; iudicaueritis in vos redundabit, Si timor Domini vobiscum, & cum diligentia cūctã facite. nō est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.* Quod pius ille rex Præsides ac Sacerdotibus Synagogicis dicebat, hodie vobis, ô pastores & præfules Ecclesiæ, occinere & ingeminare visum est; Videte, inquam, ac rebus vestris prospicite, dignitatis ac munerum pondus prodignitate ponderate, & expendite, cogitate quoque Dei, non hominum vos locum occupare, & venturum aliquando tempus, quo omnium iniquorum à vobis exigeretur ratio iudiciorum. Dominū igitur cæli formidate, & omnes muneris vestri partes pro virili adimplete: personarum acceptores ne sitis, nihil gratiæ tribuatis, at æquitati & iustitiæ omnia: auaritiã denique procul ab animo propulsate, nec munerum apud vos regnet cupido.

Moses populi præfides & coryphæos ac tribuum duces constituturus, hoc ab Iethro socio Madianita consilium accepit, *Proinde de omni plebe viros potentes, ac timentes Deū, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiã.* Vobis hæcce dicta existimate. Præsules, hoc vobis consilium datum putate: & quotiescunque Pastores in diocæsis vestris constituendi sunt, seligite viros in Vniuersitatibus, Deum timentes, scientia omnigena; doctrina celebres, virtutibus omnibus decoratos, vitæ honestate commendabiles, auaritiã exosos, sinceros, omnemque simulationem & hypocrisim detestates. *Huc etiam respiciunt litteræ Iehu Regis 4. Reg. 10. Israel.*

Israël quas Samaritis misit, quibus septuaginta filios Acham, & quadraginta fratres illius interficiendos monuit, ac nouum principem constituendum: *Eligit meliorem, & eum qui vobis placuerit, de filiis Domini vestri & eum ponite super solium patris sui.* Vobis hæc litteras directas credite. Præsules & principes Ecclesiastici: cumque exterminandum peccatum, hæreses ingulandæ; profana Baalim altaria euertenda; nouusque Pastor eligendus erit: meliorem ex vniuerso cœtu semper seligite, doctiores, pluribusque ornatos dotibus, ad Ecclesiæ solium, id est, ad Cathedras parochiales, euehite.

*Reg. 36.* Saul, quod humeris & ceruicibus, altis vniuerso populo esset eminentior, à Samuele in regem inunctus fuit, quasi omnibus vti maiorita & melior & spectatior: hinc cum coram populo eum inunctum produxisset, ait,

*Sap. Leni.* *Eccc videtis quem elegit Dominus quod non est similis illi in toto populo.* Itæ, ad imitationem rei huiusce confulo, cum pastor aliquis & Ecclesiæ caput eligendum est, non alium ad dignitatem pastoralem promoueri, quam qui alios virtutibus & dotibus animi, vti dignitate & muniis, antecellat: virtutum caput sublime attollens, & vniuerso populo supereminens, id est, qui nullum similem aut parem habeat. Hinc D. Hieron. de pastorum dignitate loquens. Pastorem ceteris omnibus doctrinæ, meritis, sanctitate virtutibus, que præstare oportere ait: qualem fuisse constat eum, de quo nodiæternum Euangelium, qui de seipso aperte testatur, *Ego sum pastor bonus.*

*V.* Quantum vero, Deus bone, pastoralis dignitatis onus est & pondus: quanta humeris præsulum moles incumbit? quanta animarum illis cura habenda est: quod è libro Exodi facile colligere est, in quo Dominus à summo Iudæorum Pontifice omnium tribuū nomina in humeris gestari voluit, *Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino, super utrumque humerum ob recordationem.* Tu quidem Episcope gemmas & vniones gestas, & diuitiis transmariis nites: sed nomina potius duodecim tribuum Israël, & animarum iisdem insculpta, consideres & contempleris necesse est: neque enim tam

gemmæ quam hæ inspicendæ sunt: quarum tibi in supremo iudicii die exactissima reddenda erit ratio: quod quoniam graue & ponderosum est, in humeros ipsum sustollere te oportet, vt ita semper ante oculos verferetur.

Inter cætera tēpli Salomonici ornamento. *3. Reg. 6.*

ta hæc in sacris litteris commemorantur: *Omnes parietes templi per circuitum sculpsit Salomon variis cœlaturis, & fecit in eis Cherubim & palmas.* Quem locum Sanctes Pagninus in thesauro linguæ sanctæ, in qua ad stuporem vsq; excellit, ita transtulit, *Omnes parietes domus per circuitum sculpsit cœlaturis fundarum, Cherubim & palmis.* Quid an non potius flosculos, siluosa, dumosa, da in temo animaliaque omnigena, depinxisset, quæ & maiores ornamenta & spectatium oculis fuissent gratiora? nequaquam sed diuini spiritus instinctu id factum magis credibile est, vt nimirum summus sacerdos, quotiescunque templum ingrederetur, oculosque insculptas illas fundas coniceret, sibi statim ob oculos poneret, sibi non secus ac pastor omnium, totius populi eorum esse commissam: ac proinde, præter fundam pastorem etiam scientiam Cherubinorum habere se oportere, qua populum nimirum edoceret, & rudiores erudiret: illa inquam gregem ab incurso hostili tueretur, hæc vero animas instrueret. Cuius rei signum erant duo illa sacra verba, quæ Rationali instar symboli cuiusdam sacri, summi sacerdotis Iudæorum insculpta legebantur; *Vrin & Thomim* id est doctrina & veritas quæ tam mentali interpretantur, illuminationes & perfectiones, Doctrinam inquam & vitam: vt nimirum simul & faceret ac doceret: quæ duo ad veri & boni Episcopi omniumque pastorum perfectionem & ornamentum cum primis necessaria sunt: ac præsertim doctrina, qua semper instructi & ornati sint, ac sine qua ad pastorem curam administrationemque diæceseos prorsus sunt inepti.

Nonnulli, de quibus Isaias, noui sibi constitutere Principem satagentes, hæc eum oratione compellarunt: *Vestimentum tibi est princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu mea.*

*Ed h h h 3, mea.*

mea, id est: Tu, qui omnium virtutum ornamento nites & ornatus es, nostri curam habe: ita namque & nobis in ærumna constitutis succurrere, & ruina imminente te potens opponere, A quo tamē hoc responsi tulere: *Non sum medicus, & in domo mea non est panis, nec vestimentum: nolite constituere me principem populi.* Responsum profecto viro diuino dignissimum: utpote qui nec regnum adire, nec aliorum regimen suscipere, quod se aliorum delictis succurrere non posse cerneret: eo quod & panis doctrinæ & charitatis vestimentum quo subditos algentes refocillaret, deesset. Hinc docemur, neminem ad pastorem dignitatem, aut ad animarum Christianarum regimen sublimandum, qui non peritissimus sit medicus, & domum omnibus rebus habeat instructissimam, id est, qui & peccatores iuuare, ægris opitulari, & animas rudiores erudire queat.

*Apoc. 1.*  
Pastores  
in Eccle-  
sia labo-  
rent ne-  
cesse est.

Angelus ille Ioanni in Apocalypsi appa-rens, oculos flammantes, & pedes aurichalcos habuisse scribitur. Omnes quotquot in hunc locum commentati sunt Patres, veram & genuinam Præfulum imaginem hic denotari credidere: per oculos enim flammantū instar rutilantes, tum doctrinæ splendorem ac scientiæ fulgorem, tum in administrando vigilantiam curamque, per æneos autem pedes patientiam, & infractam in tolerandis aduersis constantiam denotari dixerunt. Hinc animalia illa Ezechielis, mysteriorum & portentorum officinæ & vera præfulum imago, oculos rutilantes fulgentesque, & pedes vitulinos habuisse scribuntur: *Et planta pedis eorum, quasi planta pedis vituli.* Vitulus autem & bos, laboris sudorisque sunt symbolum, quo denotatur, pastores & præfules Ecclesiarum, non nisi ad labores subeundos, aliosque edocendos, ad cathedras promoueri. Pastores igitur omnium mortalium perfectissimi sint oportet, & cæteros virtutibus antecedentes.

*Ezech. 1.*

*Exod. 27.*

Tabernaculum illud veteris Testamenti ex auro purissimo constatum erat, lucernæ item & emunctoria erant aurea, vasa quoque in quibus emuncta exstinguebantur. Aureum illud candelabrum, Auditores Ec-

clesiæ: & lucernæ, præfulum symbolum dici queunt, quos aureos esse oportet: cum Deus in summitate candelabri illos, quo creditas sibi oues cum doctrina, tum bonæ vitæ exemplo illuminarent constituit: ad imitationem pastoris, qui de se in Euangelio ait: *Ego sum pastor bonus.*

Sexcentæ porro, ut dixi, in bono pastore Clementia dotes, sexcentæ perfectiones requiruntur: & præter priores benignitas & mansuetudo. Bonus enim pastor in peccatoribus itoriat, corrigendis, delinquentibus castigandis, cessantia, multatisque imponendis, benignus & mitis sit oportet, non rigidus & auferus. Vnde gem. pr. Aristoteles Alexandrum Principem instituentem, his eum ad clementiam humanitatemque verbis est adhortatus: *Noli esse crudelis circa delinquentes, sed flexibilis ad parcendum: esto magis clemens quam seuerus, & semper de futuro cogita.* Quod ille, principem sæcularem instituens: nos potiori iure de pastoribus & Episcopis, qui Ecclesiæ principes sunt vŕpemus: quos benignitatem seueritati, mansuetudinem rigori, mel felli præponere necesse est.

Dauid hoc se nomine apud Deum orans efferebat, cum diceret, *Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à concilio multo: tu autem Domine ne longe facias misericordias tuas à me, quasi diceret, Ut meæ erga subditos misericordiam & benignitatem ostendi Domine, ita & tu erga me tuam ostēdas precor.* Efficere hinc volo & asserere, principes misereri nescios, rigidos & immites, diuina misericordia & benignitate indignissimos esse clementiam sceptris & pedis pastoralibus, velur indiuiduam comitem, semper annexam esse oportere.

Atque hæc forsitan est ratio, Christiani; cur Dominus noster I E S V S, Apostolos suos pastores iam & Episcopos animarum constitutos, baculum aut virgam gestare vetuerit, sed inermes & exarmatos, in clementiæ signum illos per mundum Euangelium disseminaturos miserit. Hæc Ambrosius in decimum Matthæi caput commentatus: qui deinde in officiis Mosem & Dauidem maiorem apud suos, clementiæ benignitateque, quam rebus præclare gestis,

*Ioan. 10.*

*Clementia dotes, sexcentæ perfectiones requiruntur: & præter priores benignitas & mansuetudo.*

*Lib. de re. gest. p. 10.*

*Psal. 34.*

*Matth. 10.*

*Lib. 1. Of. sic. 7.*

*gestis,*

stis, & forium factorum gloriam laudem ait consecutos. Et sane præclara hæcce virtus pastorem apud omnes celebriorem magisque admirandum reddit, quam si infinita vbique terrarum miracula patraret.

*Serm. 70. in Cantica Cap. 2.*  
Bernardus mellifluo illo in cantica commentario verba illa sponsi: *Dilectus meus mihi, & ego illi qui pascitur inter lilia*, exponens, inter lilia, quibus sponsum pasci parat, virtutem elementaræ benignitatisque principem tenere locum parat: utpote qua nullus Deo gratior iucundiorque ex omnibus in Ecclesiæ hortu pullulantibus, flos haberi queat, pastor autem qui Ecclesiam sibi in coniugem adoptavit, hoc semper flore pasci debet, in eoque volutari. Clementia enim, M. Tullio teste, vera ad honorem & gloriam semita est, & apertissima ad laudem & summam aspiranti via: in Philippicis quippe M. Antonium crudelia meditantem perstringens, ita de eadem locutus est: *Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloria, gloriosum putes plus te unum posse quam omnes, & metui civibus tuis quam diligere malis.* In quo Oratori libens accedo, gloriosius pastori esse credens benignitatem & mansuetudinem, quam rigorem & severitatem induere.

*Hebr. 9.*  
Arca Testamenti, teste Apostolo ad Hebræos, tria asseruabat, Manna, virgam Aaron, & tabulas Decalogi, quo docemur, Episcopum, qui vera Dei arca, tria quoque continere debere, manna inquam, misericordiæ & placidæ exhortationis, quoad bonos & correptione emendandos: virgam quoque sanctæ & benignæ correctionis, erga eos, qui in peccatis obduruere: tabulas denique sapientiæ discretionisque erga omnes. Ita in Moralibus Greg. tria autem hæc dum in pastore aliquo reperiuntur, næ ille eximius & divinus dicendus.

*Isai. 16.*  
Isaias Propheta, cum iniunctæ ab uniuerso humano genere legationis munere fungens, Pastorem bonum à Deo contenderet, ait, *Emitte agnum Domini dominatorem terra.* Quid petis Isaias? anne agnum vis leonibus dominari, visis imperare, lupis resistere, peccatoribus inquam, scelestis & impiis? At credendum Spiritus sancti eum instinctu ita locutum esse: pastor enim qui bene alios

regere & pascere vult, agninam naturam, non leoninam, ouinam mansuetudinem, non lupinam rabiem, non tyrannicam truculentiam, sed paternam benignitatem assumat, necesse est.

Huius rei manifestum exemplum in libro Regum reperitur. Elisæus cum magnū Eliam curru igneo in sublime rapi per aera cerneret, in clamasse alta voce dicitur: *Pater mi, pater mi, curru Israel & auriga eius.* Singula habent emphasin & energiam verba, ne dicam syllabæ. Secundo namque pater in clamavit, & curru, & auriga: quod Pastor patrem benignitate mansuetudineque, aurigam gubernandi arte imitari debeat: curru vero sit oportet subditorum onera sustinendo, laboresque & arduas subeundo. Ipse quoque Dei filius, Pater à suis eodem tempore voluit appellari. *Pater noster qui es in caelis*, quo pastoris nomen assumpsit, *Ego sum pastor bonus.*

Bonitas igitur & mansuetudo pastori necessaria sunt, & præfuls est, benignum se & placidum erga oves concreditas ostendere, magna dulcedine bonitateque corripere corripiendos, & in castigando dulcoris radios exercere: ut Apostolus admonuisse olim visus est Galatas, *Fratres, si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans te ipsum, ne & inteneris.* quamuis autem verba hæc ad omnes in genere Christianos dirigantur: ad pastores tamen, & Præfules potissimum referenda sunt. In quibus diligenter perpendenda sunt illa, *Considerans te ipsum*: non secus ac si dixisset: *Quotiescunque proximi defectus taxare vis pastor, & subditorum delicta reprehendere: reprehensionum aculeos ad mansuetudinis silicem obtunde, amarulentiam correctionis dulcedinis ambrosia tempera: seueritatem exue, te ipsum intuendo.* Videbis enim te, non secus atque alios, errare posse, ut qui homo sis, à quo proinde nihil humani alienum, iisdemque quib. cæteri, defectibus obnoxius viuas.

Veteres curiosi, & singula inuestigare solliciti, olim figuram depinxerunt, quæ manu

*Matt. 6. Ioan. 10.*

*sphæ.*

sphæram, quam fixis oculis intueretur, teneret, & tergo lucidissimum speculum gereret. Quo eleganti emblemate aliud nihil designare voluere, quã eos, qui seiplos ignorant, defectusque proprios in tergum reiciunt; quidquid in vniuerso mundo, (cuius sphæra imago est) agitur diligenter indagare, examinare, inquirere solere: sed speculum in tergum reiciere, quod si præ oculis haberent, & seiplos intuerentur, aliter se profecto gererent. Nam si dignitas & auctoritas pastorum misericordiæ non inuitatur, meram tyrannidem sapit, & tolerari à nemine potest.

*Domin. li.  
de stigmat.*

Cuius tyrannidis occasione refert scriptor quidam nuper, historiam quæ huc optime faciat. Princeps quidam Italus cum graui suos tyrannide premeret, & iugum intolerabile imponeret ciuibus, illi tyrannidem detestantes & nefarium depeculatore exosi, quo eum ad misericordiam benignitatemque excitarent, legatum ei misere, virum rebus gerendis idoneum, summique ingenii, arte medicum, qui diserta & graui oratione ciuium ei calamitatem exponeret, & expostulationes referret. Hic mox, vt in Principis conspectum venit, sertum è basilico herba contextum eidem obtulit, dicens, non alia causa se à Populo legatum, quam vt herbam illam, verum reip. afflictæ symbolum, Principi offerret. Princeps igitur cum gryphos & ænigmaticam hanc legationem, post longam & sedulam considerationem non intelligeret, legatus mox ait, Herba huic subditos tuos esse crede perfimiles, quæ cum leniter tractatur, incundissimum edit odorem, si premitur & violenter conteritur, non modo foetet, sed scorpiones etiam & viperas progignit, ita subditi tui: si enim leniter & placide illos habeas & cum benignitate castiges, omnem tibi fidelitatem, etiam credito maiorem, ostendent, & obsequium sincerissimum exhibebunt, itaque amorem & gloriam apud omnes consequeris: si vero opprimas & proteras; præterquam, quod perperam de te sentient & loquentur, maleque apud omnes audicturus sis, inimicitias tecum gerent, conspirationes & coniurationes viperis & scorpionibus deteriora, in

*Legatio  
Medici cuiusdam I.  
itali.*

caput tuum excogitabunt. Quæ omnia si ad principes Ecclesiæ, id est, præfules, referantur, non minoris, mihi crede, energiæ, futura sunt: nam vt crudelitas & vehemens rigor illos apud populum exosos reddat, ita benignitas & mansuetudo incredibilem illis amorem & beneuolentiam conciliat. Adeo vt pastor, qui benignus, mitis & moribus placidis sit, cum Christo veredicere queat: *Ego sum pastor bonus.*

Inter cæteras, ob quas Esau primogenitus exclusus fuit, causas & illa recensetur, quod manus hispidas, hirsutas, & vixi inftar pilosas haberet: Iacob vero è contra easdem lenes & lana molliores. Ideo matri Rebecce ait: *Vides quod frater meus sit pilosus, ego autem lenis.* Pastores autem & Episcopi, Ecclesiæ primogeniti sunt & natu maximi, id eoque manus leues & tactu molles habere debent: nam qui hirsutas eas, & pilosas habent, ad præfecturas inepti sunt. Hinc Apostolus Galatis scribens dicit; *Huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.*

Cæterum cum Pastores ad humanitatem & benignitatem adhorror, nolim eos omnem proflus seueritatem & rigorem exuere, sed tempore & loco, in corrigendis delinquentibus eadem vt adhibeant suadeo; sed & benignitas vbique prædominetur, & seueritas & rigor dulcedine temperentur, id est, Ad perfecti pastoris ornamentum est, si benignitatis clementiæque oleum aceto seueritatis temperent, apteque inter se misceant. Cuius rei egregiam in libris Regum figuram repeio. Salomon in basibus columnarum templi sui boues, leones, & Cherubim sculpi è diuino mandato præcepit: quam sculpturam exponens Gregorius, & mysterium illius enucleans, per bouem naturam placidam & lenem, clementiam, per Cherubines scientiam, per leonem denique crudelitatem putat designari. mystice autem denotari Pastorem, qui basis & columna Ecclesiæ est, erga delinquentes seuerum, prudentem & cordatum esse debere.

Video alium apud Ezechielem Cherubinum, quatuor habentem vultus: *Et quatuor facies.*

*Ioan. 10.*

*Gen. 27.*

*VL*

*Gal. 6.*

*Reg. 17.*

*Greg. lib. 20.*

*Moral.*

*Ezechiel.*

Pastor  
quatuor  
præferre  
debet vul-  
tus.

*facies vni, & quatuor penna vni*: quem veram  
pastoris imaginem esse opinor. hic enim  
quadruplicem faciem præferat necesse est,  
bouis scilicet, ad dignitatis onera & diffi-  
cultates sustinendas; item aquilæ, ad nego-  
tia præuidenda, & sagaciter disponenda,  
quoniam etiam hominis, vt dulcedine & beni-  
gnitate peccatores ad pœnitentiam alliciat;  
faciem denique leonis, quo ad castigationem  
& punitionem errantium, vt nimirum ex-  
cessus impiorum & sceleratorum impetus  
retundat, luporum quoque & hæreticorum  
rabiem comprimat ac refrenet. In quam  
rem alterius mihi conceptus in mentem  
venit.

Emblema  
poeticum.

Fixit olim Martian. Capella, solem regio  
quodam curru inuectum, quatuor manu va-  
sa continere; primum quidem ferreum, cui  
nomen esset *caput Vulcani*, ex quo ignis,  
flammæ, carbones, & fumosa euaporatio-  
nes egrediebantur: secundum argentum &  
*visus Iouis* dicebatur; quod serenitatem, ver, &  
delicias producebat: tertium autem plum-  
beum, cognominatum *mors Saturni*, quod  
pluuias, nubes, grandinem, omnigenam-  
que tempestatem emittebat: vltimum de-  
nique vitreum, quod *Mamillam Iunonis* ap-  
pellarent, è quo, velut è seminario, omnia  
seminum è quibus animalia procreabantur,  
genera prodibant.

Cartha-  
gini lib. de  
imag. Deo-  
rum.

Interpretem ænigmatis huius agens Car-  
thaginius, ait, diuersis hisce figuris, quatuor  
anni tempestates designari, è quibus velut è  
quatuor vastis, capacibusque phialis, sol,  
quidquid ad rerum inferiorum statum con-  
seruationemque necessarium est, de promere  
videtur: ab æstate, inquam, calorem, velut  
è flammanti quadam Vulcani fornace, tem-  
pestates hyeme, pluuias ab autumnò, deli-  
cias denique & serenitatem à ridenti vere  
mutuatus. Verum longius cogitationum  
meorum curru euectus aio per solem sublimi  
in throno cõstitutum, tacite denotari, quo-  
niam modo soles illi terreni (pastores &  
Antistites intelligo) qui dignitatum Ecele-  
siasticarum thronos, instar capitum, iudi-  
cum, & bonorum Pastorum occupant, se-  
se gerere debeant; quos non eodem prorsus  
cum omnibus, & vbique locorum modo

Tom. 1. Pars Hyemalis.

agere par est. ignem enim interdum struant  
necesse est, quo cæteros calefaciant & suc-  
cendant; pluuiam & imbres emittant, vt suc-  
censos & ebullientes eorum impetus extin-  
guant; humanitatem aliquando induant, se-  
ueritatem etiam aliquando induant, seueri-  
tatem etiam aliquando modo scilicet æsta-  
tem misericordiæ egerant, modo iustæ cor-  
reptionis hyemem. Atque hoc est cum Chri-  
sto Iesu bonum agere pastorem, qui de se in  
Euangelio ait: *Ego sum pastor bonus.*

Vere, inquam Domine, bonus es, & verus  
pastor, in quo nimirum quatuor illæ condi-  
tiones, quas fidelem pastorem habere debe-  
re, in Euangelio docuisti, reperiuntur: vo-  
luisti enim pastores oues pascere, eadẽ  
cognoscere, à luporum impetu defendere,  
denique vnum in ouile omnes congregare.  
Tu videlicet oues pascisti, & singulari qua-  
dam ratione pascisti: nam cæteris pastoribus  
seipfos ouium suarum carne pascenribus,  
nutrientibusque, tu solus, ò pastor bone,  
tuas carne propria & sanguine pascis, Dixisti  
enim: *Accipite & manducate, hoc est enim cor-  
pus meum.* Matt. 26.

Magnus ille Iudæorum amicus Razias,  
& ipse Iudæus, qui propter nimium quo  
gentem & ciuitatem prosequeretur amorẽ,  
*Pater Iudæorum* est appellatus, videns popu-  
lum ad magnas redactum angustias, inque  
extremo versari periculo, adeo vt nullus ef-  
fugio & auxilio locus pateret, è muro; ne in  
hostium manus viuus perueniret, præci-  
pitem dedit: ac deinde præruptam petram  
conscendens; intestina, ventris inquam su-  
pellestilem, quæ præ casu effluerant in  
confertissimas hostium turmas proiecit,  
quo facto insignem erga populum & gen-  
tem amorem affectumque demonstrauit.  
Nescio autem, vtrum generosum hoc faci-  
nus laudare, an vero vt desperationis indi-  
cium culpæ debeam: quidquid tamen sit,  
scio Iesum, Raziam nostrum, & generis hu-  
mani Saluatorem, quo melius affectum, &  
extremum, quo hominum genus prosequer-  
etur, amorem restatam faceret, in crucis  
sublime euehi, & corpus suum clauis, lan-  
cea; spinisque aperiri permisisse, vt ita vi-  
scera sua & intestina in populum effunderet, Pastor o-

liii de quo

ues suas  
debet  
nosse.

de quo Euangelista Zachariæ verbis ait: *Per viscera misericordie Dei nostri, in quibus nos visitauit oriens ex alto.*

Hic item pastor oues suas intus & foris perspectas habebat, & omnes ad vnum cognoscebat, quæ secunda in pastore bono requisita conditio est. Dei enim filius mox, vt se bonum esse pastorem dixisset, subiungit: *Et ego cognosco oues meas*, quo cura sollicitudoque designatur, quam erga animas pastores gerere debent, quibus adesse, & quas ante oculos semper habere illos par est. in Genesi de Adamo legitur; *Feratis Deus cunctis animantibus terra, & vniuersis volatilibus caeli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea.* Vnde efficere volo, Deum, si voluerit Adamum oculis animalia coram intueri, quo iis nomina imponderet; multo maiori cum ratione velle, pastor vt oues cognoscat, ac nomine quamque suo compellet.

Mithridatis regis memoria.

Mithridatem Ponti regem, præterquam quod viginti duas intelligeret & loqueretur linguas, omnium quoque militum nomina nouisse, & proprio quemque compellere potuisse, historiarum referunt monumenta; in quo & viuax illius ingenium ac foelix memorie tenacitas euidenter apparent. Ceterum quod in rege illo historici miris laudibus efferunt, sacræ litteræ in Ecclesiæ principibus pluris facere solent; quando nimirum vniuscuiusque ouis & nomen & cognomen norunt. Vnde Christus: *Qui pastor est ouium, proprias oues vocat nominatim. & adducit eas.* Quod vt commodè fiat, inter illas semper agat conuerseturque necesse est, atque ita residentia in propria parochia pastoribus & Episcopis commendatur.

Struthio  
qua intru-  
do exclu-  
dit.

Naturalium rerum indagatores tradunt, Struthionem solo intuitu, eoque perpetuo & assiduo oua excludere: materiam hoc maxè adaptans dico Pastorum præsentiam magnæ vt plurimum in subditos esse energiam: solus enim ictus oculi potis est timorem Domini in eorum animis fouere, & sexcentas virtutes, & varia pietatis exercitia cordibus eorum elicere & educere.

Apc. 1.

Angelus ille Apocalypseos, quem Ioannes videns exhorruit, in medio septem can-

delaborum aureorum apparuit. Quo mysterio Pastoribus residentia præcipitur, vt semper in medio candelaborum, id est, Ecclesiarum suarum, hæreant, vt Concilii Tridentini Patres apertissimo Canone decreuerunt. Quoniam vero Pastores sæpe numero, à commissis sibi ouibus, & Episcopi à diocesi sua absunt, grauissimæ in Ecclesia excitari tempestates, & mala plurima euenire solent.

Interea dum Redemptor in nauis, velut absens mente, dormitaret, facta est tempestas magna in mari, ita vt nauis operiretur fluctibus. Nauis hæc Ecclesiæ imago & symbolum est, denotatque mysterium, Pastoribus ab Ecclesiis & diocesi absentibus, tempestates, procellas, & a diuersitatum turbines exoriri, qui naufragium afferant, & plurimos neci dent.

Moses dum ab vniuersa populi multitudine nequestratus in monte cum Dominoloqueretur, filii Israel vitulos aureos fundere, victimas eidem immolare, liberatignemque ex seruitute Ægyptia illis ascribere cœperet, quamuis etiam Aaronem, quem fratris loco vererentur, præsentem haberent. Dicit profecto non potest, quot in Pastorum absentia, absentia in Ecclesiis & parochiis, etiam vigilantissimis, & maxime sedulis vice-pastoribus suffraganeis Episcopis constitutis, damna contingere soleant. Necesse est igitur, Pastorem adfuerit, oues cognoscere; nec solum cognoscere, verum etiam cum vitæ periculo defendere, & ab omni hostili incurfu tueri, dicitur enim in Euangelio: *Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis.*

Meritis rex Sodomorum, quamuis vitæ contaminatissimæ, & contaminatissimorum rex esset laudibus; quod subditorum vitam ac salutem, opum & diuitiarum acquisitioni anteferebat. Nam cum Abraham Patriarcha eum è manibus regum, qui suos captiuos adduxerant, vindicasset, & varia de hostibus parta spolia secum deferret, aliud ab ipso, quam subditorum vitam non petiit, magno affectu dicens: *Da mihi animas, cetera tolle tibi.* Hunc vtinam imitentur Pastores & Antistites, & animarum salutem omniumque sibi creditarum commo-

dam, proprio emolumento proponant.

Evidentius & notabilius etiam est ipsum Moysi exemplum, & amor illius erga commissum sibi populum multo maior. Conscenso enim altissimi montis ex Dei præcepto, iugo, & audito, terram se promissionis, quam tamen ante oculos cerneret, neutiquam ingressurum; cum & vitæ prolongationem & terræ promissæ ingressum à Domino postulare potuisset, his neglectis, sed populi sibi concrediti imprimis memor, plurima in illius emolumentum postulavit, dicens: *Provideat Dominus hominem, qui sit super multitudinem hanc, ne sit populus Domini sicut oves sine pastore.* Utinam, utinam pastores nostri, zelosum hunc populi ductorem sequerentur, & suorum commodorum oblitæ, solam animarum sibi commendarum curam & sollicitudinem haberent? Imitarentur inquam, Iacob Patriarchæ in loceri, & suo grege custodiendo diligentiam & vigilantiam: hic enim cum in præteritissimo vitæ discrimine verlareretur, cæterarum facultatum oblitus de solis ouibus sollicitus, Esau fratri, qui cum proficiscebatur, aiebat: *Nosti domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oves & boues factas mecum: quas si in ambulando fecero laborare, morientur vno die cuncti greges.* Hic igitur pastor, omnium bonorum Pastorum imago sit & prototypum, quos tantam, non dico animalium, sed animarum habere curam oportet, ut earum cæteris omnibus salutem anteponant; sed iam meo iudicio in bono pastore describendo satis superque veritati sumus, Mercenarios autem & stipendarios iam depingendi tempus est; hi igitur secundum conacionis meæ membrum supplebunt.

Num. 27.

Gen. 33.

VII.

Joan. 10.  
Tria prae-  
torum  
genera.  
Ezech. 34.

*Mercenarius autem, & qui non est pastor.* Christus, ut bene cum Augustino Leontius obseruat, tria hic malorum pastorum genera recenset; mercenarios, fures, & lupos: quos omnes Ezechiel graphice suis coloribus olim depinxit: *Va pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, lac comedebatis, lanam operiebamini: gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod aegrotum non sanastis: quod contractum est, non*

*alligastis: & quod perierat, non quaesistis. Et dispersa sunt oves mea eo quod non esset pastor, & facta sunt in deuorationem omnium bestiarum.* Quatuor autem malorum pastorum notas Quatuor & signa hic adfert: primo, quod debilia in malorum firmaque non consolident, veros fideles in pastorum fide non confirmando. Secundo, quod agris nota non medeantur; peccatores à via praua ad bonam frugem non conuertendo. Tertio, quod fracta quassataque non alligent; hereticos prauisque erroribus imbutos ad Ecclesiae gremium non reducendo. Quarto, relicta desertaque non colligant; Paganos & Infideles ad fidei veritatem non reducendo. Denique, quod diæceses & Ecclesiās deserant; quas interea dum in aulis Principum agunt, aut vitam molliorem consecretantur, omnium vitiorum colluuiis inuadit, & persecutiones tyrannorum, & hereticorum truculenta opprimunt. E quibus omnibus pastor mercenarius dignosci potest.

Zachariæ Prophetæ hoc olim declaratum Zach. 11. voluit Deus, ideoque illi ait: *Adhuc sum tibi vasa pastoris stulti, id est, Ostende populo iniquum pastorem, nullam gregis sollicitudinem, aut curam habentem; illius habitum assume, mitram, pedum, annulos, omneque ornamentum Pontificum tibi circūda: qui, quomodo se in curando grege gerat designare cupiens subiungit? Derelicta non visibit, dispersum non quaeret, contritum non sanabit, id quod stat, non enutriet, & ungulas eorum dissoluet.* Locum hunc Eusebius Emisenus exponens, ait, illum Episcopum vere mercenarium esse, qui in pascendis ouibus Domini, de nulla alia re, quam de congerendis opibus de coaceruandis diuitiis cogitat, nihil aliud ambit quam aurum & argentum, & magis de auaritia lucroque, quam de animarum salute sollicitus est. Verba illius sunt hæc: *Mercenarius ille est Episcopus, qui in pascendis & regendis ouibus sola temporalia & transitoria quarit.*

Duo autem genera templa frequentare Bonorum & iniquorum: hoc tamen discrimine, quod illæ nidum pascunt, cantillent & garriant; hi in iisdem scorum discimē. escam quarant, & lampadum oleum noctu

eracuent. Inter Pastores bonos & malos idem profecto discrimen statui potest: illi templum ingrediuntur, & statum Ecclesiasticum assumunt, vt in iisdem commorentur, in iisdem rerum suarum statum figant, & laudes diuinas noctu diuque decantent: hi vero vt bona temporalia, instar boum absumant, fructus & redditus Ecclesiasticos percipiant, atque ita veri sunt mercenarij.

Exod. 15.

Moses ex Dei præscripto duos Cherubinos in superiori Propitiatorij lamina collocavit, quibus deinde Salomon & alios addidit: ea tamen inter utroque erat differentia, quod Moysi Cherubin Propitiatorium fixis oculis intuerentur. Salomonis autem templi ianuam respicerent. Introitus huius allegoricum habere sensum vultis: Primi, bonorum Pastorum imago sunt, qui solum Propitiatorium, id est gloriam diuinam, & animarum salutem respiciunt: alij vero, malorum, solum templorum ianuam intuentium, in solum lucrum, fructus, redditus, beneficiorum emolumenta & propria commoda, oculos conuertentium, atque hos vere mercenarios appellare licet.

3 Reg. 6.

Ioan. 10.

Mercenarius autem est, qui ob solum stipendium ouilis curam suscipit, qui simonia & datis muneribus ad pastorem ascendit, qui pensionem recipit & non residet, alij denique qui malis artibus beneficia pastorum possident & acquirunt: quæ omnia lege verita sunt. Præcepit olim Dominus Moysi, vt in tabernaculo altare constitueret, ad quod tamen per gradus ascendi nolebat. Præceptum hoc mystice explicans Euseb. Emisenus, ait, designare voluisse Dominum, non esse ad dignitates, & præsertim Ecclesiasticas, per gradus illicitos, quales sunt caro & sanguis, pensiones, munera, promissa, & hominum fauor, ascendendum.

Infamia  
mercenari-  
orum  
pastorum  
Epitheta.  
Ezech. 13.

Dici autem nequit, quam tetra in sacris litteris fuligine mercenarij hi depingantur, quam infames titulos, quam dedecorosa nomina Prophetæ iisdem imponant. Apud Ezechielem siquidem vulpes vocantur: *Quasi vulpes in deserto Israel Propheta erant.* Præter pellem nihil, vulpes gallinarum pestis, quod

profit continet, ita & plurimi Pastores & Episcopi, animarum prædones & interfectores, veraque propter hypocrisim vulpes, nihil boni, quam schema & habitum illum pietatis quem exterius præferunt, ostentant. Apud eundem leones prædæ auidi nuncupantur, *leones rapientes prædæ*, idque propter insatiabilem honorum sitim, & infrenem auri famem. Euangelista lupos rapaces, ouinam pellem indutos vocat, quorum est gregem perdere & deuorare. Isaïas canibus mutescens & latrare non valentibus comparat: quod subditorum vitia, nec queant nec sciant reprehendere.

Idolis denique similes esse dicuntur: nam vt idolum hominis quidem formam & si qui altoguram præferat, homo tamen non est, nec res cuiquam humanum efficit: ita & mali Pastores; qui exterius quidem bonorum Præfulum formam præferunt, reuera autem nihil bono dignum pastore gerunt. Atque vt varia apud ethnicos & barbaros idolorum erat reperire genera, terrea inquam, lignea, lapidea; alia etiam ænea, argentea, aurea; ita & apud Christianos non pauciora iniquorum Pastorum possunt dari genera. Per figlina idola carnales intelligere pastores licet, de quibus illud Psalmistæ dici queat: *Vt lutum platearum delebo eos.* Per lignea, induratos & in vitiis peruicaces: quorum meminisse Ieremias vates videtur: *Lignum est auro inuolutum.* Per lapidea, illos qui armis & fortitudine ac potentia temporali subnixi ad dignitates Ecclesiasticas pertingunt: atqui hi lapides offensionis & scandali, non vero angulares, merito nuncupari possunt. Ænea vero, pastores illos designant, qui solum eloquentia quadam sæculari & aulica pollent: æs quippe tinnit & sonitum edit. Ad quod quam proxime in Epistola ad Corinthios Apostolus alludens ait: *Factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* Argentea illorum figura sunt, qui data pecunia & auro ad pastorem & infulas sibi viam fecere, in quo perdidit Iudam imitari videntur dicentem: *Quid vultis mihi dare, & vobis tradam?* Aurea denique significant eos qui quod natalium splendore illustres sunt, & in aulis regis plurimum possunt, in Præsules & Ecclesiæ

Dant.

eleſe custodes affumuntur; aurum ſiquidem nobilitatis ſymbolum: vnde & Nabuchodonoforis ſtatua caput habebat aureum. Quot igitur ſtatuarum & materiæ, è qua conſtantur; genera, tot etiam ſceleratum paſtorum mercenariorumq; dari poterunt.

dem c. 22.

ſai. 56.

Super Eze- chiel.

Lib. de Pa- ſtorib.

ſuper.

Job. 7.

Quin & amplius: quid ſi eos ſicarios, homicidas, & animarum interfectores à ſanctis Patribus, & in Sacris litteris appellari dixerit: Teſtem huius ſententiæ habeo, magnū Eccleſiæ verticem & decus Gregorium, qui Comment. in Ezechiel. ait: *Scire Prælati debent, quia ſi peruerſa perpetrans, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exemplarum mittunt.* Magnum item Africa lumē Auguſt. *Omnis qui in conſpectu eorum, quibus præpoſitus eſt male viuit, quantum in ipſo eſt omnes occidit.*

Filij & filix Iob viri ſanctiſſimi, cum in domo primogeniti iucundiſſime epularentur, & largiter genio indulgerent, à domo, ventorum fragore ad terram collabente, ſubito omnes oppreſſi ſimul interiire. Non ſine myſterio autem factum, vt omnes in primogeniti ædibus perierint: designatum ſiquidem hic fuit, vt bene obſeruauit Pontifex Gregorius, Paſtoribus, qui Eccleſiæ primogeniti & maiores ſunt, voluptates conſtantibus, luxu & deliciis diſſluentibus inferiores & ſubditos in præſentiſſimo morris animarum periculo verſari. Perire quippe & collabſcere reſpublicæ & regna ſolent; quæ mercenarios & ſceleratos paſtores nata ſunt.

Vt homo ſine capi- dibus, auribus, oculis, alijsq; membris trun- te viuere nequit; ita nec reſp. ſine vertice & ſuperiore.

Corpus humanum quamuis brachijs, pedibus, auribus, oculis, alijsq; membris truncatum ſit, viuere nihilominus poteſt; ac capite imminutum, quamprimum emoritur. Ad eundem modum reſp. aut Eccleſia cum pranos aut ſubditos ſceleſtos vitijsq; omnibus deditos habet, miſera quidem eſt & deploranda; viuunt tamen & ſpirant, modo capita ſancta & docta, & paſtores honeſtæ vitæ nata ſit: at ſi hi diſſoluti ſunt vitæque liberioris; omnia peſſimum eunt, ac quam primum interit, & Eccleſiæ ſtatus collabſcit; adeo vt Paſtorum diſſolutio, rerum publicarum ac totius mundi ſit diſſolutio, eorumque perditio, ſimul & ruina totius vniuerſi.

Deplorandi quidem ſunt, quibus huiusmodi paſtores obueniunt; ac multo magis paſtores ipſi, quod eo ipſo, quod ad virtutē & vitæ honeſtatem inducendi & incitandi eſſent, proniores ad vitium ferantur. Sæpe namque videmus contingere, vt quia ad dignitates euecti ſunt, quia opibus turgent, omnia ad votum fluunt, non meliores, ſed deteriores reddantur, omnibusque flagitijs habenas laxent. Nam quemadmodum, vt docte & ſcite olim ſcripſit Seneca: *non faciunt equum meliorem aurea frenæ, ita neq; hominem præſtantiorem fortuna ornamenta.* Quod ſapiens ille de omnibus in genere hominibus, e quidem de Paſtoribus & Præſulibus dicere malim: neq; enim inſulæ, pedæ, habitus Pontificij, omniaque Episcopalia ornamenta, ſæpenumero eos meliores, ſed peiores reddunt; ſuntque hæc fomenta luxus, & æterna damnationis occaſio.

Inter ſeptem illos Angelos, quos phialas *Apo. 16.*

iræ Dei plenas Ioânes effuſiſſe ſcribit, vnus erat, qui phialam ſuam aduerſus ſolem effudit; id eſt, in Paſtores & Prælatos, qui concreditam ſibi Eccleſiam non recte adminiſtraſſent. At quamuis per Solem hunc alij Pontificem Romanum, alij Antichriſtum, qui in fine ſæculorum tum propter potentiam, tum propter quæ editurus eſt miracula inſtar ſolis in mundo rutilaturus eſt, designare putent: ipſe tamen Paſtores hic denotari credo, qui merito ſoli comparantur, quod & verbis & exemplis illos omnibus in Eccleſia Dei præluere oporteat. Hinc Angelus ille diuinæ iuſtitiæ executor grauiæ & intolerabilia ſupplicia ſceleratis paſtoribus, qui plurimi futuri ſunt, circa mundi conſummationem, interminatur. Hæc igitur animo voluatis velim, mercenarij Paſtores, & auditis interminationibus tandem aliquando ſapite, auditis tonitruis à fulmine cauete, & diſcite iuſtitiæ moniti, & non temnere Diuos.

Tormenta paſtoribus improbis in mundi fine denuntiata.

Vos vero, Catholici Auditores, debitum *Côcluſio.*

bonis Paſtoribus honoribus exhibere, cultum obſequiumq; oſtendite, eorum vocem audite, eorum præcepta ſeruate, proque ſceleratis domino ſupplicare. Imprimis vero ſequimini bonum illum paſtorem, de quo

in Euangelio; ab illius ouili ne secedatis, in Ecclesia illius permanete; ipse enim pastor omnium supremus, ipse pastor benignus & mansuetus, ipse pastor qui pro ouibus vitam exposuit: pastor inquam, qui & alios Pastores in Ecclesie suae regimen constituit & subdelegat; Vnde Apostolus: *Ipse dedit quosdam Pastores, quosdam doctores*; Pastor regius & pastorum primas, qui regibus ut superior maiestas imperat, & a cuius manu sceptrum ipsi & diademata accipiunt; qui de se in Proverbiis ait: *Per me reges regnant, per me principes imperant.*

Ephes. 4.

Et sane pastor bonus es Domine; tu enim caelos deseruisti, quo in mundi huius desertum descenderes, & genus humanum, quod instar ouis errantis periculum ibat, in caulam reduceres: quae fuisse scilicet ipsum in ericeto Aegyptio, in desertis deinde Palaestinae, quin & in campis Samariae, in mari etiam Galilaeae, & scopuloso Caluariae monte, in sepulchro denique & in infernali abyssu: quod deinde inuentum, & in humeros sublatum, in caulam reduxisti. Tu inquam, pastor bone, tanto oues amore & affectu prosequeris, ut proprio eas corpore pascas, sanguine proprio nutrias, aua tua excipias, deliciis caelestibus & gaudiis recreas, gloria tandem aeterna eriam dones. Iterum igitur obsecro, amantissime Pastor, ut nos queras; erramus enim omnes, & a via deuiamus; alios quidem deliciae in transuersum egere, alios peccata, alios denique in mundi deserto errantes videbis, atque omnes luporum truculentiae & rabiei expositos, inque hereticorum unguibus constitutos. Omnes itaque ad Ecclesiam militantis gregem reducito, ut ita tandem aliquando triumphantem adire valeamus, ad quam adducere nos dignetur cum Patre & Filio Spiritus sanctus. Amen.

### DOMINICA TERTIA POST PASCHA.

Partes.

1. *De ultimo sine hominis, & de medio ad finem.*
2. *Quid & quale sit modicum.*

3. *Mundi gaudium quam damnosum.*
4. *Quam idem sit lachrymosum.*
5. *Cur iustorum sit hic plorare.*
6. *De Phaebo post nubila, seu gaudio iustorum post tristitiam.*

*Modicum & iam non videbitis me; & iterum modicum, & videbitis me.* Ioan. 16.

FIGURA.

**T**ANTA Iudaeorum omnium, tempore Ailueri Regis afflictio fuit & angustia, *Eph.* Audiores, quando in Persidem captiui abducti, maleuoli vnus odio, per vnuerfos regni amplissimi limites, crudelissima neci adiudicati sunt; ut, dolore omnem magnitudinem superante, oculi lachrymis narent, imo omnes maesti pectore traherent suspiria, aera replerent gemitibus, & diris pectora rursuionibus fatigarent, expectantes, donec tandem crudele & ferale edictum, quo neci omnes addicti erant, executioni mandaretur. Contra vero quanta inimicorum Hebraici nominis, ac praesertim Amani, qui omnium primus erat, laetitia, gaudium & exultatio fuerit, dici non potest, ut qui ardentissimis votis diem illum iluclere exoptarent, quo innoxio Iudaeorum sanguine manuum cruentandarum plena tandem daretur licentia. At Esther Regina, huic sese stragi calamitatis; velut murum ac repagulum obiciens, & iratum regis animum, egregia animi constantia placans, alias, & quidem longe mitiores melioresque, a Rege litteras obtinuit, litteras inquam, quibus & ferale illud edictum reuocatum fuit, & aliud secundum Hebraeos, magno inimicorum damno maloque, omnibus in locis, ad quae prius peruenerat, promulgatum: quo & hi neci adiudicabantur, illi vero facultatum omnium illorum domini declarabantur. Admirabilis profecto & magna rerum mutatio, qua Hebraei qui fletu prius & laments emoriebantur, ridere coeperunt: hostes vero sanguinem & caedem spirantes irridere soliti, lamenta induerunt, vitamque amiserunt. Idem propemodum hodierno in Euangelio videre est; Apostoli enim magno marore affecti,